



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

3. An Confessarius absolvens pœnitentem sub his verbis. Nos absolvimus vos in nomine Patris, &c. peccet mortaliter? Et supponitur Confessarium validè sic absolvere. Et advertitur posse, & interdum ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

Antichristi, quamvis dicatur esse conditio de futuro, quia objectum ipsius est aliquid futurum, conditio verò de futuro incerto suspendit effectum, quantum ad cognitionem quam posset habere Ecclesia ex natura formæ, sicut conditio de præsentis, si Turca dormiat.

9. Itaque existimo cum Hiquazo, conditionem de futuro certo nullo modo impedire validitatem formæ ex eo, quod sit de futuro tali præcisè, nisi aliunde ex ridiculitate conditionis, ut dixi supra colligeretur, quod non deberet existimari forma valida.

10. Quantum autem ad conditionem de futuro incerto, ut si cras restitueris te absolvo, sentio cum communi, quod invalide absolviatur, quia licet, ut paulò ante dixi de altera conditione, illa æquivaleret, si verum sit, quod restitueris, quæ conditio est de præsentis, & cognoscitur à Deo esse ex suppositione futuritionis; tamen quantum ad cognitionem, quam vel Confessarius, vel penitens, vel Ecclesia potest habere, non potest sciri, quod penitens esset pro præsentis absolutus cum ulla morali certitudine, etiamsi esset benè dispositus, & absolutio data à Sacerdote cum debita intentione; forma autem valida Sacramenti huius, & aliorum omnium saltem præter matrimonium, debet esse talis, ut ex natura ipsius, supposita dispositione suscipientis, & legitima applicatione ipsius per Ministrum, possit Ecclesia cognoscere, quod fortiaur in præsentis effectum.

11. Nec obstat dicere cum Eminentissimo Domino meo Cardinali Lugo, quòd sicut consensus conditionalis mariti ducentis mulierem, si ipsa consenserit, transit in absolutum, nisi retractetur posita conditio, & tunc confertur gratia mediante matrimonio; ita absolutio data cum conditio de futuro, dabit effectum posita conditio, & tunc fiet validum Sacramentum.

12. Respondeo, negando consequentiam, quia posita conditio illa, à qua dependebat consensus mariti, ponitur de præsentis materia & forma ejus, quæ est mutui utriusque contrahentis consensus, absque alio impedimento, ut supponitur, consensus quidem mulieris actu & realiter; consensus verò viri ad minus mortaliter? Unde non est mirum, quod tum contrahatur validè matrimonium, & fiat Sacramentum illud validè: sed conditio futuri posita in absolute conditio data non est nec materia, nec forma Sacramenti, nec consequenter ea posita applicatur materia & forma, sed illa applicata fuerit antecedenter; Unde antecedenter debent causare gratiam, & constituere Sacramentum, unde si tum non constituerint validum, nec contulerint gratiam, postea non debebant alterutrum facere, nisi postea applicentur; sicut enim, in ipso matrimonio non constituunt Sacramentum, nisi quando actu applicentur: ita nec in aliis Sacramentis debent actu constituere, nisi quando actu applicentur.

13. Et hæc omnia docet Joannes Pontius in *cur. Theologia disput. 46. quest. 2. conclus. 2. num. 15*. Vide Leandrum de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disput. 2. quest. 23. cum seq.* Castrum Palaum *tom. 4. tract. 23. punct. 5. num. 9.*

Sup. contentio in hoc & seqq. lege infra doctrinam Ref. 8. per totam, & signanter §. ult.

14. Notandum est tamen hic obiter casus, de quo, dum hæc scriberem fui interrogatus, An si quis impenderet absolutionem dicendo, Ego tibi peccata remitto, condono, remittuntur tibi peccata, Sacramentum absolutionis tibi impendo, An inquam peccet mortaliter? Aliqui censent his, & similibus casibus, quando forma non redditur dubia, non committi peccatum mortale, seposito scandalo, ut Sotus in *4. dist. 14. quest. 1. art. 3. in fine*, & Valentia *tom. 4.*

disput. 7. quest. 2. punct. 3. §. esset tamen peccatum mortale.

15. Sed aliqui putant esse peccatum mortale; eo quod modus ordinarius absolviendi ex consuetudine graviter obliget, neque possit occurrere iusta causa illum mutandi.

16. Et in hanc sententiam magis propendo cum Vasquez in *3. part. tom. 4. quest. 84. artic. 3. dub. 3. num. 12.* & Præposit. in *3. part. q. 6. de forma Sacram. penit. dub. 1. num. 8.*

RESOL. III.

An Confessarius absolvens penitentem sub his verbis, Nos absolvimus vos in nomine Patris, &c. peccet mortaliter?

Et supponitur Confessarium validè sic absolvere.

Et advertitur posse, interdum expedire unica absolutione absolvere multos, quando urget periculum mortis; sicut una ablutione baptizari multi possunt.

Et docetur in forma absolutionis pronomen, Te, esse de essentia Sacramenti. Ex part. 11. tract. 6. & Milc. 6. Refol. 15.

§. 1. Confessarium validè sic absolvere patet ex his, quæ docet Granadus in *3. p. contr. 7. tr. 1. disp. 6. sect. 4. n. 30*. Secundò quæri potest an hæc sit forma sufficiens: Nos absolvimus vos? Respondetur pronomen, nos, quod se tenet ex parte subjecti, dupliciter accipi posse: Primò ut significet unam tantum personam, quæ tamen ob autoritatem utatur eo termino, sicut uti solent Episcopi, & Reges, & sic non est dubium quin non obstat veritati absolutionis; secundò, ut significet plures Sacerdotes simul concurrere, ut causas inadæquatas ad eundem absolviendum, & sic forma non valeret, quia de ratione huius Sacramenti est ut ab uno ministro adæquatè conferatur; & ob eandem causam diximus in materia de Baptismo, non posse validè baptizari eundem à duobus. Quod attinet ad pronomen Vos, se tenens ex parte prædicati, dicendum est non obstat veritati formæ huius Sacramenti; nam vel illud usurpatur etiam ob autoritatem personæ quæ absolviunt, ut si quis absolvens Episcopum diceret: Ego vos absolvo; & sic patet non esse mutationem alicujus momenti, vel usurpatur eo quod simul plures homines ab eodem Confessario simul absolvantur; & ea etiam non est mutatio substantialis; imò in casu urgentis necessitatis liceret id facere, ut si naufragium immineret, & simul plures confiterentur eidem Sacerdoti, essetque periculum in mora. Ita Granadus.

2. Sed difficultas est, an in tali casu Confessarius sic absolvens peccet mortaliter: Et negativè respondet Amicus in *cur. theol. tom. 8. disp. 11. n. 31*. ubi sic asserit, Notat Caietanus in *summa*, absolutionem datam in plurali, honoris causa, validam esse peccare tamen Sacerdotem qui illa utitur, recedendo à communi forma Ecclesiæ. Haud tamen puto peccatum esse mortale. Advertit etiam Henriquez *lib. 4. de sacrament. cap. 11. num. 4.* posse, & interdum expedire, unica absolutione absolvere multos, quando urget periculum mortis; sicut una ablutione baptizari possunt multi. Est contra summam Tabienam, *verb. absolutio 1. num. 8.* docentem, non posse plures simul absolvi ab uno. Ita Amicus, cui ego etiam adhareo.

3. Notandum est hic obiter, in forma absolutionis, pronomen, Te, esse de essentia Sacramenti, quoniam actio absolutiva debet esse determinata ad subjectum, quod absolvit; non est autem determinata, nisi per pronomen, Te. Unde si iudex audito reo, vellet

vellet illum absolvere, non sufficienter absolveret per solum verbum, *absolvo*. Pari modo non esset sufficiens forma Baptismi si omitteretur pronomen, & Te. Ratio verò est, quia actio magis pendet à subiecto, circa quod determinatè verlatur, quam termino, à quo absolvitur: ergo major ratio est, ut in Sacramentum Pœnitentiæ exprimat subiectum, quod est absolvendum, quam peccata à quibus est absolvendum, sed hæc omnia non procedunt si Confessarius dicat, *Ego absolvo à peccatis tuis*; nam in illa particula, *tuis*, includitur, & implicite continetur pronomen, Te. Et ita docet Eminentissimus dominus meus Cardinalis Lugo *de sacr. pœnit. disp. 17. sect. 1. num. 24.* & post illum Leander *de sacr. tom. 1. tr. 5. disp. 2. quest. 4.*

RESOL. IV.

An plures possint esse Ministri unius pœnitentis in eadem confessione?
 Et in textu hujus Ref. apponuntur aliqui casus, quavis raro contingentes pro praxi supradicta questionis.
 Sed magis difficultas est, an in dictis casibus essent duo Sacramenta, vel unum tantum?
 Et an quando valide duo simul absolvant, possint simul dicere: Nos te absolvimus? Ex part. 1. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 46.

§. 1. **T**Ractat hoc dubium Eminentissimus Cardinalis Lugo *de Sacr. pœnit. disp. 13. sect. 7.* querens utrum forma absolutionis possit proferri à pluribus ministris, & num. 160. sic respondet, In primis non videtur dubium, quod absolvitio utriusque esset valida; si uterque simul perficeret prolationem formæ, pœnitens esset dispositus, quia utraque esset forma prolata à legitimo ministro super materiam debitam, & non esset major ratio cur una absolutio haberet effectum, quam altera. Dixi tamen si pœnitens esset dispositus, quia cum ille modus accipiendi absolutionem à duobus, & confitendi simul utrique sit contra Ecclesiæ consuetudinem, multis, quibus consentit Suarez in *præfatu. disp. 8. sect. 4. num. 4.* putant esse illicitum, & possit ex hac parte deficere dispositio necessaria in pœnitente. Aliquando tamen cessat hæc ratio, ut si moribundo, qui confessionem petit, adveniant duo Sacerdotes, & uterque illum sensibus destitutum absolvat: vel si in naufragio, aut incendio aliquis multis Sacerdotibus presentibus confiteatur, ut ab illis absolvat, vel denique si bona fide id faceret existimans ita licere, in his enim & similibus casibus locum potest habere hæc questio, & nunc dicimus utramque absolutionem concurrere ad gratiam sacramentalem, quia non est major ratio de una, quam de altera. Quod autem aliqui opponunt repugnare duplicem causam adequatam, qualis esset illa duplex absolutio, facile solvitur; Tum quia hæc absolutio causæ physicae, sed morales, ut suppono ex tractatu de Sacramento in genere. Tum quia licet singulæ causæ in actu primo essent sufficientes de facto in actu secundo attemperaretur concursus unius propter præsentiam alterius, & causalitas, seu productio gratiæ abesset duplex, sed unica adequata procedens ab utraque causa; sicut quando de facto plures Sacerdotes consecrant eandem hostiam. Tum denique quia in nostro casu facilis dici posset singulas absolutiones habere suum effectum diversum. Hucusque Lugo.

2. Sed notandum est hic pro curiosis cum Dicast. *de Sacr. tom. 2. tr. 8. disp. 10. dub. 2. n. 13.* casum posse occurrere ad impossibile, qui si contingat videtur

posse, imo & debere absolvi simul à duobus. Nempe si quando quis in prælio vulneratus ad mortem, & morti proximus cepit uni confiteri, & propter periculum supervientis hostis, Confessarius ante absolutionem fugiat, postea verò cessante illo instante periculo redeat ad moribundum cujus jam confessionem alius Confessarius cepisset excipere, ita ut uterque Confessarius jam præsens sit, & neuter integram confessionem excepisset, sed unus unam partem, alter alteram, pœnitens verò esset jam alienatus à sensibus, uterque posset, & deberet absolvere directè ab iis quæ audivit, ut potè nesciens an illa ipsa, vel alia (saltem ex parte) explicaverit secundo Confessario, cumque fortè sit periculum in mora, poterit uterque simul absolutionem impendere directè eorum quæ audivit, ut cætera simul indirectè remittantur, quæ quidem omnia sunt valde notanda.

3. Sed magis difficultas est, an in prædictis casibus essent duo Sacramenta, vel unum tantum, de qua vide Lugum, & Dicastill. *loco citato* qui tamen in pluribus inter se discrepant, quibus adde Averlam *de Sacram. pœnit. q. 12. sect. 5.*
 4. Ex his oritur aliud dubium, an quando duo valide simul absolvant, possint singuli dicere; *Nos te absolvimus*? Suarez *tom. 3. in 3. part. disp. 23. sect. 1. n. 13.* valere putat, si sensus non sit, quod uterque concurrat ut causa partialis, sed quod uterque causet illum effectum, perinde atque si duo consecrent eandem hostiam, verè dicit uterque nos consecravimus hanc hostiam. Vasquez in hac materia *quest. 91. art. 4. dub. 1. n. 8.* negat valere, juxta ea quæ *tom. 2. in 3. part.* latius dixerat de Baptismo. Idem etiam docet Cardinalis Lugo *de pœnit. disp. 13. n. 176.* Vide etiam Coninch. *de Sacram. quest. 67. art. 6. dub. 1. num. 43.* & ne deferas recognoscere Dicastillum *ubi supra n. 39. cum seqq.* ubi more suo latè, & doctè hoc dubium pertractat; & ex illo alia plura dubia emanantia curiosè discutit usque ad *num. 62.*

RESOL. V.

An sit valida forma absolutionis sacramentalis, si dicatur: Absolvo te, non addendo à peccatis tuis?
 Et quid est sentiendum, si Sacerdos solum dixerit: Absolvo?
 Et an talis Confessarius sit denunciandus Sancto officio? Ex part. 11. tract. 6. & Misc. 6. Ref. 11.

§. 1. **N**Ovissimè negativam sententiã docet Pater Ad magis firmam doctrinam hujus Ref. lege Ref. hanc sequens, & si gnanter in Ref. 1. post seq à lin. 1. per totum §. 1. & vide etiam Ref. eius secundæ annot. & Contrà forma Sacramentorum non debet determinari à materia, sed ipsa debet determinare materiam in tom. 5. tr. 1. ad medium, cursum in vers. sicut propter.

Ad magis firmam doctrinam hujus Ref. lege Ref. hanc sequens, & si gnanter in Ref. 1. post seq à lin. 1. per totum §. 1. & vide etiam Ref. eius secundæ annot. & Contrà forma Sacramentorum non debet determinari à materia, sed ipsa debet determinare materiam in tom. 5. tr. 1. ad medium, cursum in vers. sicut propter.

Ad magis firmam doctrinam hujus Ref. lege Ref. hanc sequens, & si gnanter in Ref. 1. post seq à lin. 1. per totum §. 1. & vide etiam Ref. eius secundæ annot. & Contrà forma Sacramentorum non debet determinari à materia, sed ipsa debet determinare materiam in tom. 5. tr. 1. ad medium, cursum in vers. sicut propter.

Ad magis firmam doctrinam hujus Ref. lege Ref. hanc sequens, & si gnanter in Ref. 1. post seq à lin. 1. per totum §. 1. & vide etiam Ref. eius secundæ annot. & Contrà forma Sacramentorum non debet determinari à materia, sed ipsa debet determinare materiam in tom. 5. tr. 1. ad medium, cursum in vers. sicut propter.

Ad magis firmam doctrinam hujus Ref. lege Ref. hanc sequens, & si gnanter in Ref. 1. post seq à lin. 1. per totum §. 1. & vide etiam Ref. eius secundæ annot. & Contrà forma Sacramentorum non debet determinari à materia, sed ipsa debet determinare materiam in tom. 5. tr. 1. ad medium, cursum in vers. sicut propter.